



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 4. Hugotarum libertas in Galliis restricta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. quod Catholicus esset, addicitur, ac
A. C. 1680. die vigesima nona Decembris anno re-
 tatis suæ sexagesimo octavo in Londi-
 nensi Turri capite obtruncatur (*). Hæc
 laniena per integrum adhuc biennium
 tenuit, & quamvis nec minimo verita-
 tis testimonio conficta hæc conjuratio
 probari potuerit, nihilominus sub illius
 obtentu Oliverius Punckel Armacha-
 nus Archiepiscopus ac Hiberniæ Pri-
 mas, alique inhumana crudelitate sub-
 lati sunt, donec Tongio & Bedloo sce-
 leratissimis his delatoribus infamata
 morte hoc anno sublatis tandem anno
 hujus sæculi octogesimo tertio hujus
 conspirationis falsitas fuisset detecta,
 pluresque Calvinistæ de nimis vera in
 Regem conjuratione convicti, in vici-
 cula conjecti, ac morte damnati
 fuissent.

§. IV.

*Hugonotarum libertas in Gallis
 restricta.*

(*) Eandem ob causam, parique inhumani-
 tate jam Anno 1641. Puritani, priusquam
 Carolus I. sanguinariæ suæ rabiei litaverant,
 fidelissimum Ministrum Stafordiae Comitum
 Catholicum trucidarunt. Vid. lib. 200. S. p.
 Tom. 60. pag. 501.

Eodem anno, quo Joannes Hieronymus de Imhoff Norimbergensis Patritius ac Civici Judicii Assessor præter omnium expectationem ejurata Lutheri secta Herbipoli die vigesima nona Junii coram splendida hominum frequentia fidem Catholicam professus est, Ernestus Augustus Hanoveranus Princeps statim post Fratris sui Catholici obitum cunctos Catholicos e sua ditione expulit; mitius cum Calvinistis Ludovicus XIV. Franciæ Rex tam in Galliis, quam Colmariae, aliisque Alsatiæ urbibus egit; quamvis enim religioni Catholicæ aditum panderet, incolas tamen sua patria, ædibusque vi expellere, sibi religioni duxit: nec severiora in Galliis passi fuissent, si tolerata diutius eorum secta, inde orto tumultuum periculo, ac Regni salutis tranquillitatisque consuli potuisset: Ea propter Rex die decima Junii edictum promulgare coactus est, vi cujus Hugonotæ prædia conducere prohibebantur: Die autem sexta Julii militiæ Præfectis injunctum, ut intra semestre vel religionem Catholicam amplecterentur, vel missionem peterent: Mulieres non aliis, quam Catholicis obstetricibus uterentur, earumque proles Catholicis Sacerdotibus baptizandos offerrent, nec alios quam Catholicos famulos in ædibus

Sæc. XVII.
A. C. 1680.

Gottfrid.
Hist. Cont.
Chron. l. 10.
pag. 272.
Hode Hist.
de Louis
XIX. lib. 40.
pag. 215.

Gg 3

suis

Sæc. XVII. suis haberent, nec ullus Catholicam
A. C. 1680. ducat, nisi prius ipse ad veram fidem re-
 verteretur; Insuper Catholicis sub poe-
 na perpetui exilii ad Calvinicastra trans-
 fire, & Calvinianis Præconibus tales ad
 suos cætus admittere, interminata su-
 spensionis, & interdicendæ Religionis
 Calvinianæ poena inhibita est: De-
 nique vi Regii edicti plura Hugonot-
 rum Tempia contra Nanetensis edicti
 tenorem erecta funditus everfa fuere.

§. V.

*Vario Marte in Hungaria pugna-
 tum contra rebelles Calvinistas.*

*Han. Pan.
 nov. p. 479.
 Theatr. Eu-
 rop. t. 12.
 Gottfrid.
 Hist. Chron.
 cont. l. 10.
 pag. 265.*

Interim Leopoldus Imperator nullum
 non movit lapidem, ut in Hunga-
 ria seditiosos Protestantes ad obsequium
 revocaret, ac præprimis Strafoldo Co-
 miti negotium dedit, ut oblatis in-
 duciis eos sensim ad pacis confi-
 lia inclinaret. Nec omnino alienum
 sese monstrabat Töckelius rebellium
 Ductor, obtendebat tamen, inscio Soli-
 tano pacem inire, sibi haud integrum
 esse; Insuper Franciæ Legatus, ut pa-
 cis negotium everteret, Töckelio quin-
 decim millia recentis militiæ suis im-
 pensis alenda promiserat, spe etiam
 facta, Tartariæ Chamum seu Regem
 mox in Cæsaris ditiones cum valido
 agmine